

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Non propter vestem nuptiæ sed vestis propter nuptias. Hac Hebdomada,
De cohibendo temerario iudicio, de cavendis peccatis, & mundanis
affectibus, in capitè octavo Ioannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

VERITAS PRACTICA.

Suam ille vestem nuptialem recusat induere, qui recusat instrui de debito Sacramenti usu.

Et in 2. parte, Feria 6. Hebdom. 4. post Pascha. Quām gloriosum est Sacramento multa in nos posse, si velimus; tam ignominiosum est pauca posse, quod non limus.

Ne tamen inde à frequenti Communione deterreamur, & ne forte desit nobis vestis nuptialis, non audeamus ad nuptias accedere, contra opportūnē videtur hæc alius addi posse.

VERITAS PRACTICA.

Non propter vestem nuptiæ, sed vestis propter nuptias.

SENSVS EST. Quod non idcirco vitari debent nuptia, seu sacra non debet deferri Communioni, ut sic comparetur vestis nuptialis seu condigna dispositio: At propriea potius aliunde petenda est illa vestis & dispositio, ne sacra videntur nuptia, ne sacra deseratur mensa.

RATIO EST. Quia non est pervertenda subordinationis mediorum ad finem, quin potius omnimodo servanda est & procuranda. Sed si sacra videntur nuptia, si sacra Communione deseretur ut sic comparetur vestis nuptialis condigna dispositio, & non potius aliunde peteretur illa vestis & dispositio ne videntur nuptia; perverteretur subordinatio mediorum ad finem. Ergo non propter vestem nuptiæ, non ut comparetur vestis nuptialis sunt videntur nuptia; sed vestis potius propter nuptiæ non videntur, quare debet.

I. PUNCTUM.

Ser. 5. in
Psal. 118.



ECTE S. Ambrosius de timore Dei, Nisi enim, inquit, secundum scientiam sit, nihil prodest; immo obest plurimum: sicutidem Judæi habent zelum Dei, sed quia non habent secundum scientiam, in

ipso zelo & timore majorem contrahunt Divinitatis offendit. Quod circumcidunt infantiles suos, quod sabbata euß sedunt; timorem Dei habent, sed quia nec iungunt legem spiritalem esse, circumcidunt corpus, non cor suum. Ignem Sabbato adolere formidabant, cum lex sanctificationis die, libidinum ignem prohibeat accendi. Et quid de Iudeis dico: sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundum scientiam statuentes duriora præcepta, quæ non possit humana conditione sustinere. Timor in eo est, quia videntur sibi consulere discipline, opus virtutis exigere: sed in scita in eo est, quia non compatiuntur nature, non estimant possibiliteratem. Non sit ergo irrationabilis timor: etenim vera sapientia à timore Dei incipit, nec est sapientia spiritalis sine timore Dei, ita timor Dei sine sapientia esse non debet. Et infra: Lege Iacob: V. de quantis subiecerit timorem, ut faceret irreprehensibilem & bonum timorem. Spiritus, inquit, sapientia & intellectus, spiritus consilii atque virtutis, Spiritus cognitionis ait, patris! Spiritus S. timoris. Quantis timore subiecit, ut haberet quod sequi possit? Informatur per sapientiam, instruitur per intellectum, consilio dirigitur, virtute firmatur, cognitio regitur, praeterea decoratur. Tolle timori Domini ista, & ephirationabilis & insipientis timor. Ne otiosum est in Proverbio: tunc intelliges timorem Domini; Quid est tunc: cum sapientiam invocaveris, & prudentia dederis vocem tuam, & si quesieris illum ut pecuniam, & ut thesauros crucias fueris eam, tunc intelliges timorem Domini.

Quæ facti Doctoris verba quām apicē convenienter nostro instituto quia non videat? Quia enī timendum cuique est ne sine veste nuptiali accedat ad nuptias, hunc timorem ita nonnulli commovent & excutunt, ut p̄ se metu ne desit illa vestis, vix adire nuptias etiam vocati audeant, & quasi propter vestem essent nuptiae, & non potius vestis propter nuptias, idcirco diffrendam putant sacram communionem ut illa vestis comparetur, cum potius alii quibus potest modis comparanda vestis esset, ne communio difficeretur.

Quæ ut Veritas magis elucescat, statuendum primo quod ubicunque est aliqua mediorum subordinatio ad finem, nihil aequum nobis caverendum est quā ne pervertatur ille ordo, nihil pari diligentia procurandum quām ut constanter servetur & teneatur. Sic enim ipsa rerum docet infinitio, sic naturalis suggestit ratio, sic illa denique divina Sapientia nobiscum agit, quæcumque. Cap. 8. geni

gens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter, non aliter vitam ali humanam quam ordinatis alimentis; nec aliter alimenta subministrat quam terra vel aquarum interveniunt; nec altera terra intervenit quam praecausa se minibus, adhucque cultu. Nonne ita universim sentitur & geritur? Nonne insanum dices, qui tales rerum vices vellet inverttere? Nonne sa-

^{lub. 23,} pienter queris Sapiens: Quia in inventu tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?

Quæ si vera sunt in naturalibus, multò magis certo constant in his quæ supernaturalia dicimus & spiritualia, qualis est Sacramentorum institutio, virtus & utus, in quibus quæ sunt divinitus ordinata tantam in se habent connexionem & mutuam inter se relationem, ut materia nibil unquam possit sine forma, nec forma quidquam agat sine materia; nec materia vel forma mutari possint; nec si desit Persona idonea, vel persona agentis intentio, fiat nullum proflus Sacramentum; & deinceps potius gratia baptismatis peribet que natu in peccato. Infans, si aliter ab instruendo conferatur Baptisma.

^{1 Cor. 14.} Sic proinde Apostolus de sacris agens institu-

tis, omnia, inquit, honeste, & secundum ordinem sicut.

^{Cap. 11.} Sic ipse Deus omnia in mensura & numero & pondera dispositi. Tune velles contraria te? Tu-

^{16. 21. 18} ne velles non sic statuta esse omnia? Tune velles aliam rebus dare mensuram, aliud pondus vel a-

lum numerum? Nunquid Deus docebit quippe

scientiam? Vbi etas quanto ponebat fundamen-

ta terrena? Nempe à te forsitan quævis sit conden-

di modum orbis. Quid respondissis?

IL P U N C T U M .

SED si sacra vitarentur nuptias, si sacra Communiū defereretur ut sic compareretur vestis nupcialis seu condigna dispositio, & non potius aliunde peteretur illa vestis, & dispositio, ne viventur nuptias; perverseretur statutus à Deo rerum ordo, sive subordinatio mediorum ad finem,

Expectanda quidem est etas, praemittenda est Instruatio, conferenda baptismatis gratia; præcedat necessè est lethalum expiatio delictorum, De his nemo est qui ambigat: Hæc nos præsupponimus. An sit consultius etiam & decenterius per purgatis omni pravo affectu mentibus ad divinam mensam accedere, nemo est qui non affirmet; Sed si forte nondum omnes sint ita compositi mentis affectus, nihil ut incompo-

Hayneusue Pars quarta.

situs, nihil ut inordinatum resideat, an sit iam diu differenda Communio donec illa mentis affectuum moderatio sit plene comparata, hoc est quod queritur, & hoc est quod negatur, quia hoc est quod pervertit statutum ordinem, & novum statuit, Statutus enim ordo hic est quem paucis proponit Apostolus, probet seipsum homo & sic de pane illo edat. Plutibus vero exponit

Concilium Tridentinum cuius hæc sunt verba: Seff. 13. c.

Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam pro-

bationem necessariam esse, ut nullus sibi conscientie

mortalis peccati quantumvis sibi contritus vi-

datur absque præmissa Sacramentali Confessione

ad Sacram Eucharistiam accedere debeat. Et se-

quenti post capite, affirmat eos qui sic probati sint

indutos esse vestes nupciali, satisque esse ut sacramen-

taliter & spiritualiter Sacramentum sumane.

Quæ communis semper fuit Sanctorum Patrum

sententia, qui hanc Vestem nupcialem non alicet

interpretantur quam eam charitatem quæ repug-

nans omni peccato mortali, latrata, Deo

facit animam ut sacra fruatur mensa.

Tu vero quicquid hæc sacra privas mensa

donec peccare cellaveris, donec pravos affectus

exueris; nonne statutum illum immutat ordinem?

Accedant, inquit statutum Ecclesiasticum

dum sint rite confessi. Tu vero, non accedant nisi

suis fuerius exuti affectus, Tu quis es qui de di-

vinis ita statuas? Non modo certe temerarius qui

toti te opposas Ecclesie, sed planè vecors & in-

sipiens qui tale proposas medium ad rem q-

aminiū desideratissimam, quod vix aut ne vix

unquam tibi procurare posis. Dic enim quan-

do peccare desines? Dic quandonam tuos ita

composueris animi motus, ut te ad malum mo-

vere desinant? Damnoſa hæc est religio quam

Diabolus nobis pretendit, ut expelere ait sanctus

Cyrillus Alexandrinus, cuius hæc sunt egregie

dicta: Nos vero si vitam eternam consequi volu-

mus si largiorem immortalitatis habere in nobis loan. 6. 17

desideramus, ad recipiendam beatitudinem li-

benter concurremus: caveamusque ne loco laquei,

damnoſam religionem Diabolus nobis pretendat.

Recte, inquit, ait: scriptum tamē est non igno-

ramus, iudicium sibi comedere atque libere illum

qui de pane comedit, & de calice bibit indignus; E-

goigitur probo meipsum, & indignum invenio.

Quando igitur quicunque tu es qui ista dicas, dig-

nus eris quando Christo te ipsum offeres; Nam si

peccando indignus es, & peccare non desis, quis

enim delictum intelligit expers omnino eris virifica

hujus saecularis. Quare pia quæso cogitatio-

N

nes

nes suscipiat studiis sancteque viras. Et benedictionem participes, qua mihi credere non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit. Sed at enim cum in nobis maneat Christus, avientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbatione animi extinguit, agrotos curat, collisos redintegrat, & sicut Pastor bonus qui animam suam pro ovibus posuit, ab omnibus nos traxit casta.

In quibus sancti Patris Verbis, quod dixit studiis sancteque viras, sic intelligendum student quae ibi praecedunt & quae sequuntur, quasi dicere, studeas sanctitati vitae, proponas sancte vivere. Sunt haec videlicet pia cogitationes quae rogam esse suscipendas: Illudque est quod promittit futurum participantem benedictionem quae morbos omnes depellit, quae sedat saevientem membrorum nostrorum legem & alia consert subsidia, quibus sancte possit vivere. Sicut autem nullus negat propositum illud sancte vivendi necessarium esse accedenti ad sacram mensam, quia & necessarium est penitentia sive charitatis quam habere debet accedens; ita certe nullus pari jure necessitatis possit exigere, ut quis pridem ait sanctus vivat quam communiceat, nisi forte scandalum praebuisset quod tenetur auferre.

Quamobrem sicutrosque videtur sanctus ille Cyrilus alloqui: Tu qui paras accessum ad hanc vivificare sanctificationem quae in altari recipitur, sic persuasum habe, non jam tibi tuis indulgendum esse affectibus, non ita, non libidini, sed his omnes compescendos esse motus, cum illa gratia quam suscepimus in Sacramento. Ne desperes aut diffidas te id posse, nam qui dedit velle, dabit posse. Sed nisi velis ex animo & proponas serio te deinceps fidelius acceptus usursum gratis, ne accedas, ne in vacuum gratiam Dei recipias. At tu qui studiosum factoris vita a sacra repellis mensa donec ipse sanctorem illam probaris vitam, cave id feceris, nam sic pervertis ordinem, sic confundis finem & media, sic consequentia praeponis antecedentibus, sic celum terrae, terram caelo permisceris. Non enim vita sanctior ita sacram praecedit Communionem sicut sequitur. Non est quippe vita sanctior, nisi lex membrorum nostrorum in nobis saevientem fedetur & compescatur. At cui fuis: est saevientem illam sedare legem nisi sanctae Eucharistiae, nisi Christi per illam in nobis & manentis, & agentis, & nos vere sanctificantis, ac diligenter? Potestne perversius aliquid & magis inordinatum cogitari, quam quod di-

cis dilatione & privatione cœlestis illius Panis fieri quod non nisi ejus usu, ejus sumptione & quam vocamus communione conceditur? Tunc de illo spirituali cibo sensus quod de terrenis & corporalibus, quorum abstinentia quam diætam dicunt, pravis humoribus serviat decoquensis? O sacre probrum mensa, quæ sanandis aperitur membribus, cur aperitur, cur proponitur, cur ad eam invitamus si ejus privatio sanitatem, si ejus abstinentiam sanctitatem conferit?

Esto sane, Sancta sancte tractentur, sanctitas requiratur ad Divinum accedenti epulum, sed quibus tandem mediis sanctitas illa praecedens comparatur? an qualiter singulis, longè dilata Communione? Nonne prædicto sunt alia tam opportuna, præter ipsum penitentia Sacramentum? nonne Verbi Divini auditio, lectio, meditatio, & quæ orabat Apostolus: ut fierint obsecrationes, orationes, postulationes, & id genus innumera parandi valent ad illam sanctitatem membribus, quæ Communionem antecedit? Quis nec sit proportionem & affinitatem inesse quandam inter finem & medium? Quæ vero talis affinitas & proportio, sanctitatem interior & sancte privationem mensæ di privatim requirit ad sanctitatem, nonne potius eorum privatio est quæ sancti repugnant, quam quæ illam communicant? Quid est media pervertere nisi hoc sit?

III. PUNCTUM.

NON sunt ergo vitanda nuptie, nec diutiu differenda Communione, donec nuptialis habetur uestis, que volentis cum gratia, tam presso est quam ipsum penitentia Sacramento, & alia pars istius necessaria media proposita, que sunt potius assumenda ne sacre videntur nuptie. Si enim servatur ille ordo mediorum ad finem, quem aliquin pervertere tam periculorum est quam à Divinali subtrahere providentia, que suis in donis conferendis le illi astrigit ordinis. *Canticum Eccl., quippe Deus fecit bona in tempore suo, inquit Sapient, Id est, quo tempore quibusmodi constituit, Unde & quod Idem ibidem pergit de cunctis universis operibus Dei, potest particulatum de Sacramentis accommodatus ulupari, quod *Ibid.* illa felicitas opera que fecit Deus perseverent in perpetuum: non possumus eis quidquam addere nec auferre, quia fecit Deus ut simassur. Non est cujusquam privati hominis circa hæc tam augusta & Divina opera quidquam moniti*

moliri aliud quam quod Deus per se vel per ipsam qua nos regit Ecclesiam, ordinari. Sic in nobis ordinat charitatem, & sanctitatem servatis servandis mediis. Non est autem, non est hoc ordinatum medium ad habendam sanctitatem, ut nos diu sacra privemus mensa, que idcirco potius frequentanda nobis est ut habeatur sanctitas. Accedite ad eum, & illuminamini, & faci vestram non confundentur.

Nec dicas optandam esse Confusionem, quae ex retardato Sacramento gigneretur, cum præfitem ex propriae retardatur indignitas alpestris, quod cura sit etiam durum pati, sic penitentia vis major augeretur. Hoc enim vere dicas non potest, nec tale sibi dictum constat; nam quisquis sic retardatur, vel multum vel parum esurit ac desiderat celestem cibum. Si parum esurit, parum dolebit de illo retardato, & sic frustri retardatur. Si multum esurit, profecto signum est multe in illo puritas & probitatis: At vero eur talis puritas retardatur ab illo celesti paucis, qui ut edatur nihil amplius desideras, quam talem puritatem?

Quod si ultra inkēs, illum qui parum esurit & parum dolet foris in meliorem evasurum: Nonne & pejus haberi potest, cum prædictum

illo destinatur cibo qui roburi & vita est anima? Quis non videt, quis non experitur quām sic illud quod foris dicitur, dubium, & incertum, cūm interim gratia Sacramenti, que certa est, iacturam facias? Nonne his tandem qui sic certa incertis, & constantia fortuitis obiciunt, illud Prophetæ quadret: *Vos qui dereliquistis Dominum, qui positis fortuna mensam. Quasi à fortuna vel à fortuito casu expectarent quod præsens & certum mensa conferret Domini quem derelinquist: vel quasi mensam illam fortunæ subiecissent ut si quis foris vehementius desideret, tum accedat.*

O quām turius & sapientius illud fortis usurpabit qui de Imitatione Christi & de frequētia Sacramenti sic scribebat: *Ideoque oportet me frequenter ad te accedere, & in remedium salutis L. 4. c. 3.* mea recipere, ne FORTE deficiam in via, si fuero cœlesti fraudatus almonia. Et paulò post. *Non essarium mihi quidem est qui tam sapè labore & peccato, tam citò torpeco & desocio, ut per frequentationes & confessiones, ac sacramenti Corporis perceptionem me renovem, mundem & accendam, ne FORTE diutius abstinentio, à sancto proposito defluam.* Vide quæ ibi pulta prosequitur.

Multienim sunt vocati, pauci vero electi.

DE PAUCITATE SALVANDORUM

Vide in 2. parte, Dominica Septuagesima, ubi hæc eadem occurrit lentiens, & hæc inde Veritas s̄p̄e inculcanda proponitur:

Quæ causa est cur pauci salvi sint, hæc in te causa est cur ex illis foris non sint.

HAC HEEDOMADA, percurritur Caput octavum sancti Joannis, unde Considerationes & Veritates Prædicæ depromuntur contra peccandi proclivitatem, & mundanos affectus.

FERIA SECUNDA. DE MULIERE ADVLTERA QVAM JUDÆIS ACCUSANTIBUS ABSOLVIT CHRISTUS.

NOCTE transacta in monte Oliveti, diluculo facta. Venit iterum Jesus in templum, & omnis populus ad eum. Sedens docebat eos. Addicunt autem Scribe & Pharisei mulierem in adulterio deprehensa, & querunt eam in medietate & dixerunt ei, Magister haec mulier mode-

deprehensa est in adulterio. In lege autem Moysæ mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicas? Hoc autem dicebant reverentes eum ut possente accusare eum: Nempe utrait sanctus Augustinus, animadverterant eum esse nimis misericordis, dicerunt apud se si eam dimisisti ensuorit.

N. a. Justi-